Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 209.
Archiwum Baworowskich

671. Akta spraw majątkowych Charczowskich 1750, K. 16.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Харч.

35

Львівська біб-ка АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
№ ПБаь 671

2010

9 арк

III

Wielmożny Mći Panie Podstoli [illegible]

Moy Mći Panie y Bracie

Kładnie onegdayszym powrocitem od J.W. Jmci Pana Krayczego Koronnego z dobroć y nam [illegible] [illegible] tym [illegible] W. Jmci Pana Pod[illegible] [illegible] y [illegible] W. Jmci Pan Podkomorzy [illegible] powrócitszy Pan Bóg [illegible] [illegible] W. Jmci Pan [illegible] niemogę, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

W.W. Mći Pana życzliwym
Bratem y sługą [illegible]

M. [illegible]

[illegible] y [illegible] [illegible]

Fasciculus 35^{tus}

Collegium Pontificium Leopolien. Rit. Ruteni, uniti contra M.cum M.um Carolum Charczowski Succam. Premislien. Ratione Concussionis per Eund. V.lis Joannis Witoszynski Ejusdem Collegij alumni.

Verificat.

Articuli Compositionis in Causa percussionis Venerabilis Ioannis Wituszynski, Alumni, Collegij Pontificij Leopoliensis Diœcesis Premysliensis Ritûs Ruteni Uniti inter Illustrissimum & Reverendissimum Onophrium Szumlański, Episcopum Premysliensem, Samborensem, & Sanocensem Ritûs Ruteni Uniti, Reverendissimum Patrem Hieronymum Moro Clericum Regularem Missionum Apostolicarum Præfecto, & Collegij Pontificij Leopoliensis Rectorem, ac Venerabilem Ioannem Wituszyński, Alumnum dicti Collegij ab una, atque Illustrem Magnificum Carolum Charczewski Succamerarium Terræ Premysliensis, partibus ab altera. Mediantibus Illustrissimo & Reverendissimo Iacobo Augustynowicz, Episcopo Ugdensis, Coadjutore cum futura successione Archi-Episcopatus Leopoliensis Armeniorum ab Utraque parte, ac Infra scriptis, & Respective à partibus rogatis, & electis Amicis Statuti.

Imo. Illustris ac Magnificus Carolus Charczewski, Succamerarius Premysliensis Visitabit Illustrissimum & Reverendissimum, Onophrium Szumlański Episcopum Premysliensem Ejusque dolorem, & displicentiam suam pro percussione Venerabilis sui Clerici testari, deinde Mutuo Reconciliabuntur, & perpetuum Statuent Amicitiæ fœdus.

2do. Ecclesijs Ritus Ruteni existentibus in villis Moczarady, Et Złotkowice pupillaribus Balice, vero Czyszki, & Panowice hæreditarijs, fundum secundum suas integras Erectiones, & Posessionem restituere, se obligat, sine ullo subditatus, v[el] solutionis onere, è contra vero Illustrissimus & Reverendissimus Episcopus, illas ab interdicto sublevare, Et ad eas parochos (si non sunt) ordinare promittit, nullo alio canonico impedimento obstante, Neve in posterum aliqua Lis de his fundis Ecclesiasticis suboriatur. Illustris & Magnificus Dominus Succamerarius eosdem fundos seorsivo scripto ad Unamquamque Ecclesiam, per Commissum describere, & antiquas erectiones, seu posessiones innovare in Bonis pupillaribus, quatutor, in suis vero qua Hæres obligatur.

3tio. Summas binas Quadringentorum Florenorum Polonicalium apud Sikum hæbreum de Mycie Arendatarium, & totidem aliorum, apud hæbreum trzcienicu arestatas, ab aresto liberare, & eundem cassare, Illustris Succamerarius, promittit.

4to. Res Mobiles à Clerico & Matre Ejus in fundo relictas, à tempore illatæ ipsis violentiæ, si quæ ablatæ sunt per Personas dependentes ab Illustri Magnifico Succamerario, restituere Mandabit.

5to. Dicto Venerabili Clerico, Matri, & sororibus. Liberum erit se, suas res omnes, alio transferre, & evehere quandocunque & quocunque ipsis placebit, sine ulla Oppositione, & impetitione ex parte Illustris & Magnifici Domini Succamerarij

6to. Eidem Venerabili Alumno centum aureos Nummos, in instanti solvere, tenebitur Idem Illustrissimus Magnificus Dominus Succamerarius, & Venerabilis alumnus vice versa restitutione documentorum & prætensionum ad fundum in Balice adjacentem, Illustrem & Magnificum Dominum Succamerarium, Sui & Successorum Suorum Nomine quietare tenebitur.

7mo. Collegio Pontificio Leopoliensi Ritus Ruteni Uniti, in et si Levem compensationem injuriæ quamvis inadvertenter ipsi factæ dolorem & displicentiam suam testari, illudque Majori in posterum affectu, & consideratione proseqii, ac ducentos Aureos Nummos fabricæ prædicti Collegij Ejusdem ritûs applicandos, in instanti solvere se obligat, Idem Illustris & Magnificus Dominus Succamerarius. Collegium vero, & Illustrissimus ac Reverendissimus Episcopus Premysliensis in signum sinceræ dimissionis injuriæ absolutionem, ab Excommunicatione Illustri, & Magnifico Domino Succamerario, à S. Sede procurare promittunt.

8vo. Completa Satisfactione in præcedentibus Articulis expressa, partes interesse habentes de processu & prætensionibus quibuscunque inde emanantibus, Illustrem & Magnificum Dominum Succamerarium, Ejusque Administratorem villæ Balice, Generosum Petrum Domaradzki quietabunt, oblivionique & silentio ~~illa~~ factum mandabunt, ut nec mentio de eo in posterum recurrat; multo autem Minus, vindicta aliqua vel satisfactio directe, vel indirecte quæratur.

9no. Prædictos Omnes & Singulos in ijsque contenta pro fide, honore & conscientia obser

vare tenebuntur partes sub poena Nullitatis Actus praesentis Compositionis, reviviscentiae
Jurium, & in integrum restitutionis Causae Totiusq[ue] processus ad Statum ad quem
perductus est tanquam si nulla compositio subsecuta esset, & sub vadio trecentorum
aliorum hungaricalium. In Quorum Fidem se propriis manibus subscrip
serunt. Actum Leopoli in Residentia Illustrissimi Et Reverendissimi Domini
Suprascripti Episcopi & Coadjutoris. Die 10 Maii, Anno D. 1750.

Carolus Charczowski m.p.

Onuphrius Szumlanski E.P. m.p.

D. Hieronymus Moro C.R.
C.M. Rector Col. Pont. Leopoliensis

Joannes Witaszynski
Alumnus Collegij Pontificij Leopoliensis

Remissa Complanationis

De 10 Maij 1750

F. 35. N. 3.

Nos infrascripti suo quisq et quorum agitur respective nomine Praesentibus recognoscimus: quia Illustrem ac Magnificum Carolum Charczewski Succamerarium Terrae Premislien=sis et Generosum Petrum Domaradzki Bonorũ villae Balice Administratorem de omnibus et singulis Praetensionibus respectu violentarum manuum in Venerabilem Joannem Wi=tuszyński Alumnum Collegii Pontificii Leopoliensis injectio=nis, nec non ipsi damnorum in re familiari illationis habitis, totoq et integro Processu in Judicio Officii Consistorialis Premisliensis intuitu earundem violentiarum gesto et formato; tum pariter de satisfactione omnibus punctis et articulis in Complanatione Leopoli Die Decima Mensis Maij Anno nunc Currenti Millesimo Septingen=tesimo quinquagesimo ratione Praemissorum subsecuta ob praestitam in omnibus Ejusdem Complanationis punctis et articulis plenariam et sufficientem sibi recogno=scen satisfactionem quietant et Liberum pronunciant; Et in=super Venerabilis Joannes Wituszyński de Summa Mille Florenorum Polonicalium per olim Ndũ Joannem Cikowski Parochum Balicensem Parentem suum Magnifico Fran=cisco Antonio Charczewski Pocillatori Sanocensi 20. 9bris Anno 1720. pro fundo ad Supradictam Ecclesiam Balicensem designato exsoluta, quoniam Supradictus Illustris Magnificq Succamerarius dictum fundum eidem Ecclesiae Balicensi restituit juxta obloquentiam Articuli secundi in memorata amicabili compositione praeexpressi; idcirco de ead Summa Mille florenorum Polonicalium quietat, nihil sibi et respective quisq Illorum intuitu suprascriptorum Juris, praetextus,

prætensionis, coloris, Nominis, Tituli, Competentiæq Alicujus ad
Eund. Illustrem Magnificum Carolum Charczewski Ejusque
Specificatum Administratorem, relinquendo, reservando,
ac præcustodiendo, Silentiumq perpetuum imponendo aliàs
in forma Quietationis quàm plenissima et perfectissima
In Quorum Fidem se suis Manibus Subscribunt. Actum
Leopoli. Die 13. Mensis Maij 1750. Ao.
Onuphrius Stamlanski E. D. mp
D. Hieronymus Moro C. R. Praep. Miss[ionum] Rector Col. Pont. Leopoliensis
Joannes Witaszynski Alumnus Collegij Pontificij

Quietatio à Processu
praestita satisfactione

Die 13 Maij 1750

F. 35. N. 4.

Ab Jnicem
ab Ord.rii cum facte

A.

B.me Pater

Carolus Charczewski Dioecesis Premisliensis Cliens S.ti V.rae Orator humillime exponit, quod ira commotus Clericum quendam nomine Joannem Witorzynski, eiusque Matrem flagris, seu alio modo per proprios servos percutere iussit, seu permisit, cum autem res ad forum contentiosum devoluta fuerit, satisfacta interim ab Ore parte, omnibusq. ad id interesse habentibus causa nondum decisa, sopita est. Licet tamen non intervenerit Declaratio Judicis, incidit tamen Orator una cum servis suis in Excommunicationem Canonis, ideoque supplicat humillime S.ti V.rae quatenus impertiri dignetur Vicario Generali Premisliensi, sive eius substituto, facultatem absolvendi d.tum Orem, eiusque supradictos servos a d.a Excommunicatione, pro ueiq. gratia &

ab. Ord. cum fac.te &

22=
R. Masera

Sacra

Sacra Poen: Clia proprio Oratoris Ordinario concedit facultatem, ipsum Oratorem, si ita sit, postquam enunciato Clerico, si nondùm satisfecit, satisfecerit, vel per eu non steterit, quò minùs arbitrio ipsius Ordinarij satisfaciat competentèr: ab Excommunis sententia, quam propter premissa quomodolibèt incurrit, seu incurrisse declaratus fuit, Aucte Apostolica sive per se, sive per aliam Personam Ecclesiasticam, ab eo specialitèr ad id deputandam, in utroque Foro hac vice absolvendi in forma Ecclesię consueta. Injuncta ei pro modo culpę poenitentia salutari, et alijs, quę fuerint de jure injungenda. Ita tamèn, ut Orator prefatus Sententię, sive Ordinationi ejusdem Ordinarij super premissis aut latę, aut ferendæ, parère debeat; quòd si parère contempserit, eo ipso in eandem Excommunicationem relabatur. = Quo verò ad alios in premissis itidèm culpabiles, providebitur cum ipsi proprijs Nominibus, Cognominibus, ac Dioecesi supplicaverint =. Datum Romæ in Sacra Poenitentiaria hac die 19. Junij 1750.

J. B. Vicecomes S. P. Regs

Gratis.

Nio Angelici S. P. Secrius

Premislien. Epo

Sanctissimo in Christo Patri

Benedicto Papae XIV

1735 N. 6

De 19 Juny 1750

Fauchey ab absolvendum

Pro

Infrascripto Oratore.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo. Die Mercurij Decima Nona Mensis Augusti.

Coram Officio et Actis praesentibus Consistorij Leopoliensis Constitutus personaliter Perillustris Rndmus Theodorus Krasnopolski Curatus Mizankovicensis Officialis Generalis Premisliensis, ex parte Illrmi et Rndssimi Domini Domini Onufrij Szumlanski Episcopi Premisliensis Ritus Graeci Uniti, atque Venerabilis Fiscalis Curiae ejusdem Illrmi Episcopi Nomine, pro quorum ratihabitione cavet, nec non Rndssimus Dominus Hieronymus Moro Clericorum Regularium Praefectus Missionum Rector Collegij Pontificij Leopoliensis, tum quoque Venerabilis Joannes Wituszynski alumnus ejusdem Collegij Pontificij, rem praesentem bene intra se consideratam habentes, palam ultro et libere recognoverunt, praesentibusque recognoscunt. Quia Ipsi Mgcum Carolum Charczewski Succamerarium Terrae Premisliensis, ejusque Administratorem Gnosum Domoradzki, de omnibus et singulis praetensionibus respectu violentiarum certarum, ad personam Vblis Joannis Wituszynski se regulantium, in Processu coram Officio Consistoriali Premisliensi Ritus Latini gesto quomodolibet specificatis, tum

de toto et integro eodem Processu quietavit
presentibusque et ipso facto quietat recogno-
scendo in premissis plenariam satisfactionem,
ob quam prestitam, nihil sibi Recognoscentibus
ad Eundem Mficum Charczewski Juris pre-
textus, pretensionis, Coloris, Nominis tituli
reservando et relinquendo, Verum Pro-
cessus quosvis, Scripta et Protestationes
eo Nomine facta cassando et annihilando
alias in forma quietationis de Jure quam
plenissima et perfectissima.

Ex Prothocollo Actorum Curiæ Archi-
Episcopalis extraditum, et sigillo
Illrmi Excellmi et Rndmi Dni Dni
Nicolai Ignatij de Wyzyce Wy-
zycki Dei et Aplicæ Sedis Gratia
ArchiEppi Metropolitt Leopo-
liensis communitum.

Josephus Kusczynski Utr. J. D. S. Autho. Aptca Actorum
Curiæ ArchiEppalis et Consistorij Leopolit. Notarius

F.35. N.7.

Die 19 aug 1750

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.